STENOGRAPHIA,

Siue ars

Compendiosè Scribendi: rationem ostendens, in linguæ Latinæ ab- *breuiatione omnes alias itidem linguas contractiùs scribendi.*

Item,

MNEMONICA,

Siue

Reminiscendi Ars: è puris artis naturæque fontibus hausta, & *in tres libros digesta.*

Nec non,

DE MEMORIA NATVRALI fouenda libellus: è varijs do- *ctissimorum operibus sedulò collectus.*

Omnia iam primùm in lucem edita, auctore IOANNE WILLISIO, sacræ *Theologiæ baccalaureo.*

Omne bonum, Dei Donum.

Vt vnaquæque ars nobilissima ac diuinissima fuit: ità ad mortalium cognitionem tardissimè peruenit. Cardanus.

LONDINI,
Per *Humfredum Lownes*, sumptibus *Rob: Willis, & Nath: Browne*, 1618.



IN ARTEM STENographiæ præfatiuncula.

Agitur iam annus decimus sextus (lector candidissime) ex quo artem Stenographiæ Anglicè primùm edidi: Quam nunc perfectissimam esse, vel me tacente, res ipsa probat, cùm permulti nunc sint in hoc scribẽdi genere paratissimi, quorum suffragijs fretus sum. Et quoniam ad linguam Anglicanam compendiosius scribendam ars ista tam apta fuit, exteris non inutilem futuram Latinam eius editionem iudicaui: saltem ad vernaculas

linguas contrahendas, tales præsertim, in quibus omnia ferè vocabula sunt monosyllaba, aut dissyllaba, qualis nostra vernacula existit. Huiusmodi enim linguis propriissimè inseruit, licèt ad alias quoque contractiùs scribendas, apta sit etiam, vt in lingua Latina scriptione hoc libello tradita apertè videre est. Atque hæc quidem causa satis per se valida & opportuna mihi videbatur, vt principalia istius artis præcepta Latinitate donarem. Verùm cùm sua cuique lingua pro diuersa idiomatum ratione stenographia peculiaris esse debeat, eapropter si in Latinis abreuiaturis ab Anglicanis parũ deflexero, mihi ignoscendum est.

I. W.

Encomium Scripturæ Stenographicæ, à Marco Manilio libro 4. decantatum, qui floruit ante natum Christum anno quadragesimo octauo.

Hic & erit fœlix scriptor, cui litera verbum est,
Quique notis linguam superat, cursúmque loquentis,
Excipiens longas noua per compendia voces.


In Iohannis Willissi Stenographiam S. P. Sacræ Theologiæ Doctoris Tetrastichon.

Quicunque arcana arcanè, vel plurima paucis,
Aut citò dicta cupis scribere posse citò:
Consule Willissum, qui tam locupletis opimas
Vena diuitias pandit, habetq; tibi.

 S. P.

c

e
a


l
m
c
d
i
n
q
k
o
r
g
h
p
s
f
e
b
a



ARS STENOGRAPHIÆ.

Cap. 1.

De literis omittendis.

STenographia est ars compendiosè scribendi. Vbi primò de generali omnium vocabulorum & syllabarum: deinde de peculiarium quorundam abbreuiatione dicendum. In generali omnium abbreuiatione duo sunt obseruanda: Vnum est, quænam literæ in qualibet dictione omitti debent; Alterum, quomodo literæ reliquæ exprimendæ sunt.

In omni dictione illæ literæ omitti debent, quæ aut leuiter, aut non omninò sonantur, siue vocales existunt, vel consonantes. Tales sunt hæ literæ in his vocabulis, & huiusmodi.

A. Musæ, æ liles.
B. Seu, Hei, Euge, exactus.
O. Cœlum, Phœnix.
V. Quæstio, Lingua.
C. Ascendo, Acquiesco.
D. Adiaceo, Adiuogo.
H. Rhea, abhorreo, Hieronimus.
P. Exemptus.

Secundò, cùm consona eadem geminatur, vna earum rejicienda est. Sicut in istis; Alleuo, commissum, Nisi cùm sono differunt. Vt; suggestio, successus.

Denique, integra syllaba prætermittitur, quoties illa sublata, è cæteris literis ipsum vocabulum satis innotescat. Vt: Austinus pro Augustinus, Vemens pro vehemens, Comprendo pro compræhendo, Abram pro Abraham, Seclum pro seculum, & eiusmodi syncopata.

Cap. 2.
De characteribus.

COgnito iam quænam literæ in qualibet dictione amandandæ sunt, proximo videamus loco, quomodo

modo literæ reliquæ sunt exprimendæ. Hîc autem primò literarum charactêres cognoscere, & ediscere oportet, qui sunt isti.


a.	p.
b.	qu.
d.	r.
e.	s, c, t.
f, ph.	t.
g.	u vocalis.
h.	v consona.
i vocalis, y.	w.
j cõsona g, dg	x, cc, ct.
k, c, ch.	y.
l.	z.
m.	ch.
n.	cl.
o.	

Vbi animaduertendum est, quòd litera C secundum prolationem Anglicanam duarum literarum sonum participat: nimirum K, & S. Cùm profertur vt K. sicut in istis, [*cado, colo, iucundus*] charactêre literæ K notari debet: cùm verò sonatur vt S, sicut in istis [*ciuitas, certus, facies*] cha-

ractère S. Porrò P cùm aspiratur potest item habet literæ F, vt in his & huiusmodi vocibus: [*Phaeton, triumphus, Seraphim.*] Ideoque charactère F scribenda est. Præterea, litera G bifariam sonatur: nempè vt Græcum gamma, & Hebræum jod consonans: Cum pronunciatur vt gamma, sicut in his vocibus [*gaudium, gloria, gratia.*] proprium habet charactērem: cùm sicut jod profertur, vti in his, [*gelidus, genus, agere,*] charactēre i consonæ exprimi vult. Pari ratione T duos sonos sortitur; vnum sibi proprium, vt in huiusmodi dictionibus [*tempus, Titus, iacet,*] tùm verò proprio charactēre notanda est: Alterum literæ S, vt in illis [*Mutius, ratio, fortior,*] quem quoties obtinet, charactēre S signanda est. Insuper cc & ct, eòdem modo pronunciatæ, quo in istis [*arcessi, fictio, conductio,*] charactēre X cuius sonum referunt, exprimi cupiunt. Rursum Y dupliciter pronunciatur: primò, tanquam i vocalis, vt in his [*physica, synodus, hyems*] tùm verò vocalis i eius vice subditur: Deinde aspiratio quædam existit, sicut in

in propriis hisce nominibus. [*Yoricus, Yollanda, Yatavus,*] & suo ipsius characterе tunc exprimitur. Denique ch, vel litera c aspirata binam prolationem habet: primò. enim sonum literarum tsh exhibet; vt in huiusmodi vocabulis [*Cherubim, Chandosius, Charlusius.*] tunc autem suum characterem retinet: Interdum etiam tanquam K sonat, deposita scilicet aspiratione; sicut in Græcis istis *Chorographia, chlamys, cholera,*] tum verò characterem K mutuatur. Reliquarum literarum potestas, non variatur. Hinc constat, dictiones in hac arte, non secundum orthographiam, qua scribuntur. sed sonum, quo pronunciantur, scribi oportere. Vbi verò dixi ch quandoque sonari vt tsh. id verum esse ille intelligat, qui ante syllabam vel dictionem ab sh inchoatam t præposuerit, potestatémque eiusdem syllabæ aut dictionis sibi reddiderit. Verbi causa. Si ante syllabam sham literam t ponas, & simul pronuncias, fit cham: Quemadmodum etiam si ante sham d posueris, syllabam iam non potes non proferre. Hinc sequitur, j consonam sonum habere


habere literarũ dsh: & C crassiusculè aspiratam, tsh. Charactêres autem prædictos omnium simplicissimos esse, atque adeò facillimos, ex subiecto schemate, quo omnes huius alphabeti charactêres in vnum diagramma digeruntur, dilucidè patet.



Cap. 3. *De affixis.*


Figura & potestate charactêrum præmissis, eorum quantitas proximo

mo in loco considerandа venit. Quantitas charactêrum duabus lineis rectis parallelis transuersim iacentibus, in omni scripturâ subintellectis mensuratur. Quales sunt istæ:




Character respectu quantitatis suæ Maior, vel Minor dicitur.

Charactêres maiores integram linearum distantiam occupant. Vt:



Charactêres minores vix dimidiatam linearũ distantiam occupant. Vt:



Prima litera dictionis cuiusque maiori suo charactêre exprimenda est: reliquæ autem minoribus circa illum ritè collocatis.

Minores charactêres circa maiorem collocati, vel ei affiguntur: (vnde Af-

fixi

fixi appellantur.) vel ab eôdem disiunguntur. (Vnde Disiuncti dicti sunt.)

Affixi circa charactêrem maiorem sex locos obtinet, vtrinque nimirum tres: Quorum quinque priores vocales sibi appropriatas habent, sextus mutus est. Disponuntur autem hoc modo.

i	3	4	o
e	2	5	u
a	1	6	

Quæ quidem figura in suas sex partes sic resoluitur.

1	Bar.	4	Bor.
2	Ber.	5	Bur.
3	Bir.	6	Br.

Sed loci affixorum circa charactêrem maiorem literæ R in hunc modum disponuntur.

i	o	u		Rap.
3	4	5		Rep.
			vt	Rip.
2	1	6		Rop.
e	a			Rup.
				Rp.

Nota, quòd vtcunque character magnus sit prima litera vocabuli, tamen

men ab affixo scriptura auspicanda est, quoties ille manui scriptoris paratior existit. vt:

Bar.	Rep.	Sit.
Ber.	Rip.	Fil.

In affixione minorum characterum, quadruplex occurrit anomalia.

Prima est omnium affixorum, quorum pars vna exprimitur, parte altera in corpore maioris characteris intellecta. vt:

Ax.	Lac.	Sum.
Sad.	Let.	Rit.
Dag.	Rug.	Gr.

Secunda est 4 affixorum rectilinearium [ ] Primò enim, cum paralleli existunt characteri maiori, cui affigendi sunt, leui pennæ attactu, cum eodem in loco vocalis suæ, coniungantur. Vt:

Ses.	Pip.	Fas.
Nun.	Ror.	Dus.

Deinde, vt clariùs appareant, è loco proprio aliquantillum diuertantur in his & similibus.

Bis.	Dor.	Sor.
Mis.	Far.	Res.
His.	Iun.	Ris.

Quis.

Quis.	Vap.	Pan.
Tis.	Sar.	Tos.
Vis.	Sir.	Vin.

Sed hi quatuor sunt regulares. Scil.

Car.	Dar.	Fr.
Cr.	Dr.	

Tertia est 8 affixorum rectangulorum [ ] qui cum vnô latere sunt mediæ parti maioris characteris paralleli, eidem in angulo suo affigendi sunt. Vt:

Suc.	Fed.	Rog.

Quarta est 4 affixorum semicircularium [ ] qui characteris maioris partem mediam orthogonaliter tangentes, trajiciuntur. Vt:

Rob.	Set.
Ram.	Wett.

Atque istæ regulæ affixionis benè si obseruentur, satis apertè indicant, qua ratione quilibet character minor vnicuique characteri maiori in quocunque sex locorum affigendus est; opus vt non sit tabula adjicienda, ad hanc rem vberiùs declarandam. Sed quia iam olim huiusmodi tabulam de affixis ære cælari procurauer am, placuit hîc inserere, ne quid hanc artem discere volentibus

volentibus deſit quod iis quoquo modo prodeſſe poſſe videbatur.

** Vſus tabulæ affixorum.*

Si quæſtio oriatur, de affixione minoris cuiuſpiam charactêris, cum maiori aliquo, in quocunque ſex locorũ: Tum litera charactêris maioris inter capitales in dextra parte tabulæ quærenda eſt, minoris verò inter minuſculas in parte tabulæ ſuprema. In communi vtriuſque area figura reperitur, quæ in partes ſuas reſoluta, lucidè oſtendit, qua ratione minor maiori in omnibus eiuſdem locis affigi debet. Sed quoniam figurarum aliquot vera analyſis difficilis forſan videatur, en tibi quatuor è difficillimis analyticè explicatæ: vnde modus cæteras reſoluendi petendus eſt.

D & s.	G & r.	M & s.	S & s.
Das.	Gar.	Mas.	Sas.
Des.	Ger.	Mes.	Ses.
Dis.	Gyr.	Mis.	Sis.
Dos.	Gor.	Mos.	Sos.
Dus.	Gur.	Mus.	Sus.
Ds.	Gr.	Ms.	Ss.

Errata tabulæ à chalcographo admiſſa pauca ſunt, ſed quæ facilè detegantur.

Cap.

Cap. 4.
De disiunctis.

DIsiuncti vel sunt puncti, vel minores characteres literarum. Illi vocales significant, hi consignificant, in quarum loco collocantur. Loca disiunctorum circa characterem maiorem sunt quinque, duo scilicet superna, & tria è parte illius sinistrali. Quorum situs, ordo, & significatio sunt huiusmodi.

a	e	Da.		Sa.
1	a	De.		Se.
	3 i vt:	Di.	Sic,	Si.
	4 o	Do.		So.
	5 u	Du.		Su.
a	e			
1	a		Missal.	Saram.
			Missel.	Sarem.
	3 i vt:		Missil.	Sarim.
	4 o		Missol.	Sarom.
	5 u		Missul.	Sarum.

Sed loca disiunctorum circa characterem maiorem literæ R hoc modo distinguuntur.

acio

a e i o			
1 2 3 4		Ra.	Ro.
	5 u vt:	Re.	Ru.
		Ri.	

a e i o			
1 2 3 4		Recab.	Recob.
	5 u vt:	Rekeb.	Recub.
		Rekib.	

Cap. 5.

De scriptione monosyllabarum.

HActenus de charactêrum figuris, potestate, quantitate, comunibúsque affectionibus: Videamus modò, qua ratione ad vocabula contractiùs scribenda conducunt. Primùm igitur, vt à monosyllabis incipiam.

Vox monosyllaba vel vocali inchoâtur, vel consonante.

I. Si à vocali inchoëtur, tum character minor consonantis sequentis, characteri maiori vocalis, in sexto loco affigendus est. Vt:

All.	Et.	Os.
Es.	Ir.	Vn.

II. Si plures consonæ extiterint, character secundæ charactêri primæ copulêtur,

copulētur, & illi charactēr tertiæ. Vt:

Arm. Elm. Obd.
Arnd. Erl. Vrn.

II. Si è consona dictio incipiat, ea vocali clauditur, vel consona. Si vocali, fiat punctum in loco eius. Vt:

La. Me. Di.
Ni. Væ. Tu.

Si vna pluresue consonantes interueniant, earum charactēres in sexto loco suo ordine connectantur. Vt:

Fle. Stru.
Flo. Thra.

III. Si monosyllaba consonante ordiatur ac finiatur item, tum character finalis consonæ, cum charactēre initialis in loco vocalis coagmentetur. Vt:

Sat. Mar. Rit.
Set. Mor. Dep.

Si plures consonæ interiaceant, illæ suo ordine affigi debent; quæ vocali quidem præcedunt, in loco sexto, quæ vero subsequuntur in loco vocalis. Vt:

Mors. Sphynx.
Thrax. Span.

Atque hæc de monosyllabis sufficiant.

Cap.

Cap. 6.
De scriptione dissyllabarum.

DIctionis dissyllabæ pars præueniens secundæ vocali secundùm regulas monosyllabarum scribenda est, pars reliqua suo charactêre in loco vocalis suæ collocato. In dissyllabis autem vocales aut immediatè concurrunt, aut segregantur. Cùm immediatè concurrunt, vel vtræque puræ existunt, vel vna saltem mista est.

I. Si vtræque puræ existunt, hoc est, sine consonis, vocalis posterior puncto in loco suo significatur. Vt:

Ael. Ea. Iō.
Aio. Eæ. Eheu.

Cùm è duabus vocalibus vlla sit mista, vocales vel in principio dictionis conueniunt, vel in medio, aut in fine.

II. Si in principio coëunt, consona vel consonæ sequentes in loco posterioris vocalis affigendæ sunt. Vt:

Eas. Eum.
Eis. Aer.

III. Si in medio, tum disiunctus posteriorem consignificans priori è sinistris statuendus est; altiùs quidem si a confin-

consignificet; adæquatè, si e, i, vel o; & depressiùs, si u. Sed præterea, qui i consignificat, punctum sibi subiectũ habet; qui autem o, illi virgula talis ( ) substernitur. Vt:

Meas.	Iael.
Mees.	Rahab.
Meis.	Iaos.
Meos.	Trias.
Meus.	

Cæterùm non opus est notis illis subjiciendis, disiunctis qui i aut o consignificant, nisi cùm distinctio vocalium necessariò ponenda est, ad sensum sententiæ eruendum. Alioqui idem disiunctus e, i, vel o, promiscuè significare potest.

IIII. Si in fine dictionis vocales conueniunt, tùm posterior puncto exprimenda est; si sit a, supra punctũ prioris; si e, i, vel o, è latere sinistrali: nempè altiùs si e significet, adæquatè si i, & depressiùs si o, & pro v vocali disiunctus literæ w æquè cum priori puncto collocatur. Vt:

Mea.	Chloë.	Dio.
Leah.	Dei.	Diu.

Si vocales dissyllabarum interuentu

consonæ

consonæ vnius aut plurium segregentur, tùm pars posterior per disiunctum proprium in loco vocalis suæ notanda est. Sicut in istis exemplis dissyllabarum huius generis videre licet.

I. Exempla dissyllabarum vocali incipientium, & clausarum.

Illa.	Oxy.	Armo.
Ille.	Eiu.	Vmbra.

II. Exempla dissyllabarum à vocali exorsarum, & consona finitarum.

Abraham.	Abest.	Aquis.
Æger.	Imam.	

III. Dissyllaba consona incœpta, & vocali terminata.

Surdo.	China.	Lætum.
Veni.	Blatta.	Fletu.

IIII. Dissyllaba consona inchoata pariter ac terminata.

Rupis.	Talmud.	Vicem.
Strages.	Terror.	Cephas.

Et de dissyllabis quidem satis: procedamus ad trisyllabas.

Cap.

Cap. 7.
De scriptione trissyllabarum.

DIctionis trisyllabæ pars præueniens tertiæ vocali, secundum regulas dissyllabarum scribenda est: pars autem reliqua disiunctio vno vel duobus (prout natura dictionis requirit) situm regularem habentibus. Vt in subiectis exemplis patet.

Ahiab.	Geneua.
Eliæ.	Genetuæ.
Eöo.	Domini.
Diei.	Domino.
Abihu.	Hallelu.
Darij.	Amara.
Iöle.	Docere.
Eodem.	Doceri.

Et hæc de trisyllabis.

Cap. 8.
De polysyllabis scribendis.

IN polysyllabis scribendis, postquam disiunctus primus proprio loco statuitur, reliqui omnes qui sequuntur eadem serie continuandi sunt, vocalésque

suas

suas indefinitè significant: exceptis modò punctis & terminationibus necessariò distinguendis. Vt:

Calamitas.
Calamitates.
Calamitatibus.
Fœlicissimus.
Fœlicissimos.
Diogenes.
Ieroboam.
Ionio.

Atque ista de polysyllabis.

Cap. 9.
De literarum nexibus.

SEquitur, vt modum ostendam dictiones scribendi, quarum charactêres secundum regulas priores formati, informes sunt, aut lectu difficiles, vel etiam in quibus necesse est, vocales syllabarum omnium definitè tenere. Id quod in propijs nominibus scribendis, & in ignotis etiã atque peregrinis vocabulis, Vocibúsque prælongis pernecessarium aliquando videtur. Atque huic quidem negotio duo potissimum conferunt: Scilicet literarum com-

binationes, & diuisio vocabuli in partes collaterales.

Combinationes siue nexus literarum pro literis sibi infrà appropriatis, quoties eo ordine occurrunt post primam dictionis literam, vsurpari debent, perinde ac si essent minores characteres. Vt:

bl.	vt:	Abluo.	Obliuio.
bd.	vt:	Abdomen.	Subditus.
ct.	vt:	Actus.	Doctos.
ft.	vt:	Grafton.	Tosta.
gh.	vt:	Vagh vel Vah.	Agh vel Ah.
gn.	vt:	Magna.	Signi.
ld.	vt:	Aldus.	Waldus.
mbl.	vt:	Emblema.	Ambulo.
mpl.	vt:	Templo.	Amplifico.
mt.	vt:	Emptos.	Compta.
nd.	vt:	Candet.	India.
ndg.	vt:	Frindge.	Spundge.
ng.	vt:	Longas.	Mango.
nc, vel nk.	vt:	Mancus.	Roncas.
nct.	vt:	Sanctus.	Tinctura.
pl.	vt:	Applico.	Replico.
pt.	vt:	Aptos.	Ægyptum.
sh.	vt:	Ioash.	Baasha.
st.	vt:	Est.	Frustrà.
Ment.	vt:	Frumento.	Vehementi.

sion.

ſion. vt:	Miſſionem.	Paſſione.
tion. vt:	Nationes.	Rationibus.
cion. vt:	Phocion.	Gracianus.
ction. vt:	Factionis.	Structione.
xion. vt:	Ixion.	Axion.

Hîc etiam obſerua, quòd iſtæ vocum portiones [acion, aſion, & ation] cùm ſequuntur literas b l m vel t, puncto notantur in eorum characteribus. Vt:

Illatione,	Reputationes.
Æſtimationem.	Exhortationi.

Connumerantur etiam inter literarũ nexus, characteres minores quinque vocaliũ a, e, i, o & u, & duarum aſpirationum h & y. Combinationes autem literarum, quas ſignificant, ſunt huiuſmodi.

ns. vt:	Flens.	Mons.
nt. vt:	Sunt.	Amant.
ſc, vel sk. vt:	Oſca.	Muſcus.
cio. vt:	Facio.	Spacio.
ceo. vt:	Doceo.	Taceo.
ſio. vt:	Caſſio.	Paſſio.
tio. vt:	Latio.	Otio.
ſp. vt:	Aſpis.	Suſpicio.
th. vt:	Ruth.	Athamas.
lv. vt:	Malvæ.	Solvis.

Attamen character penultimus combinationem referens literarum th, quoties characteri maiori conionæ in sexto loco affigitur, h tantùm significat. Vt:

Sharon. Thalamus. Whitaker.

Denique, in affixione harum combinationum, illæ eædem anomaliæ accidunt, quæ in characteribus minoribus affixis. Vt:

Pons. Simplex. Rectum.
Incus. Nens. Fish.

Sed ista de literarum nexibus sufficiant. Pergamus ad diuisionem vocabuli in partes collaterales.

Cap. 10. *De collateralibus.*

Dictio, cuius character informis, difficilis, prælongus, aut vocalibus suis non satis conspicuus, diuidenda est in partes collaterales, ita tamen, vt vltima cuiusque collateralis litera vltima quoque sit alicuius syllabæ, secundum legitimam (ita si loqui liceat) dictionis illius syllabationem.

Porrò legitima vocabulorum syllabatio tribus hisce canonibus apertè cernitur. 1. Omni-

I. Omnes syllabæ, præter finales, in vocalem desinunt, modò consonæ subsequentes syllabam incipere possunt. Vt:

Le-vir.	A-scle-pi-a-des.
Ty-phon.	I-so-sce-lis.
Chri-stus.	Te-me-ra-ri-us.

II. Si consonæ sequentes syllabam incipere nequeant, tùm ita diuidatur dictio, vt consonæ quæ possunt vocabulum inchoare subsequenti syllabæ tribuantur. Vt:

Ax-is.	Vol-vox.
Ven-tus.	Ich-thi-o-col-la.
Mem-brum.	Vul-tur-nus.

III. Sed voces compositæ sic partiri debent, vt partes compositæ distinguantur. Vt:

Ab-li-gu-ri-o.	In-ter-emp-tus.
Abs-tra-ho.	Per-o-pus.
Trans-ac-tus.	Re-splen-dens.

His positis, exempla dictionum in partes collaterales diuisarum sunt huiusmodi.

Heraclytus.	Membrum.
Stenographia.	Cohæret.
Tithimalus.	Gabriel.
Iphigenia.	Philadelphia.

Heautontimorumenos.

Bombardagladiofunhastaflammiloquentes.

Perturbabantur Constantinopolitani,

Innumerabilibus sollicitudinibus.

Atque hæc de polysyllabis, atque adeò de omnibus dictionibus plenè scribendis, dixisse abundè sufficit.

Chap. 11.

De vocibus peculiaribus.

NVnc superest, vt de peculiarium quarundam vocum abbreuiatione verba faciam: Quæ tametsi plenè scribi possunt æquè ac aliæ, attamen propter frequentem illarum vsum contractiùs scribendæ sunt.

De characteribus vocum peculiarium, duo sunt obseruanda. Vnum est, quòd character omnis duas significationes sibi adscriptas habens (nempè vnam dictionis integræ literis rotundulis,

his, alteram partis tantùm vocabuli literis pendulis expressam) primam quidem significationem obtinet, cùm per se ponitur (hoc est, sine charactere minori aut collaterali sibi addito) secundam verò, quando characterem minorem vel collateralem sibi asciscit, ad dictionem coniugatam, compositam, deriuatiuam vel aliam quam cunque ab iisdem literis quoquo modo inceptã exprimendam.

Alterum est, quòd si quando punctum in characterem aliquem commodè recipi queat, tùm istæ vocabulorum portiones [cion, sion, & tion,] etiam vocali præcedente, per punctum illud opportunè significari possunt.

Porrò è characteribus vocum particularium, alij sunt Defectiui, alij Symbolici.

Defectiui sunt, qui partem solùmmodo vocis, quam significant, exprimunt. Vnde vocabula defectiuis characteribus expressa, Defectiua appellantur.

Symbolici sunt, qui cum voce, quã significant, cohærentiam quandam symbolicam habere censentur. Hinc

vocabula tali charactêre notata symbolica dicuntur.

Vocabula defectiua vel litera sua primaria exprimuntur, vel maiori sui portione. Defectiuorum, quæ litera sua primaria significantur, sex classes existunt.

I. Prima est eorum, qui charactêre stenographico maiori notantur. Nempe,

		Trans.
Cùm, com.	Iesus.	Vs.
Dis.	Non.	Zion.
For.	Pro.	
Hypo.	Sic.	

Exempla vocabulorum, quorum ista partes sunt.

Collateralia.	Disiunctos charactêres admittentia.
Compræhendo.	Commissio.
Discutio.	Dissoluo.
Fortuna.	Foramen.
Hypocritæ.	Vsus.
Proportione.	Zonis.

Charactêres huius classis, cùm vocabula sibi appropriata significãt, punctum sibi immediatè relatum nunquã habent. Vt:

Comæ.

Comæ. Iesu. Transi.
Fora. Noui. Dici.

II. Secunda Defectiuorum classis, vocabula continet literis Romanis maiusculis expressa. Videlicet ista.

A Affectus, affect.
A Afflictio, afflict. N Numerus, numer.
D Doctrina, doctrin. P Prouerbiũ, prouerbi.
E Ecclesia, ecclesi. Q Quoniam.
H Hebræus, hebræ. R Reuelat, reuel.
I Itaque. S Significat, signific.
I Igitur. T Triumphus, triũph.
M Multitudo, multitud. V Virtus, virtut.

Exempla coniugatorum & Deriuatiuorum huius classis.

Affectationi.
Afflictus. Prouerbij.
Afflictioni. Numerationis.
Doctrinæ. Reuelationem.
Ecclesiarum. Significationibus.
Hebræos. Triumpho.
Multitudinis. Virtute.

III. Voces tertiæ classis literis Romanis minuscul s exprimuntur. Et sunt ista,

a Ante. h Homo, homin.
e Ergo. i Inter.
d Damnum, damn. m Manifestũ, manifest.
n Nunquam. r Resurrectio, resurrexiõ.

p Psalmus, psalm. ſ Semper.
q Quæſtio, quæſt.

Exempla coniugatorum, compoſitorum & deriuatorum huius claſſis.

Antefero. Pſalmo.
Damnatio. Quæſtionis.
Damnationi. Reſurrexit.
Hominis. Reſurrectionis.
Intereſt.
Interpretor.
Manifeſtationem.

IIII. Vocabula quartæ claſſis literis ſecretarijs (quæ dicuntur) maioribus exprimi ſe volunt. Sunt autem iſta,

A Apoſtolus, apoſtol.
G Generalis, general.
H Hieruſalem.
I Iſraël.
L Leuita, leuit.
O Oportunus, oportun.
O Origo, origin.
P Perpetuus, perpetu.
S Sacramentum, ſacramẽt.
S Sacrificium, ſacrifici.

Exempla dictionum, quarum hæ ſunt partes.

Apoſtolo. Originem.
Generale.

Generale. Perpetuum.
Israelis. Sacramentorum.
Levitis. Sacrificia.
Oportunum.

V. Defectivis quintæ classis literæ secretariæ minores assignantur. Et hæc sunt illa.

a Ad.
c Causa, caus.
f Falsus, fals.
i In.
m Misericors, misericord.
n Nam.
n Necessarius, necess.
p Pars, part.
ſ Servo, serv.
v Versus, vers.
x Experientia, experi.
z Zelus, zel.

Exempla vocum ex his partim conflatarum.

Addo. Necesse.
Additionem. Partes.
Causæ. Partition.
Falso. Observationis.
Instillo. Versionem.
Misericordiã. Experientes.

Hic nota, quòd litera i im quoque significat,

significat, in vocabulis, quorum proxima litera est b vel p. Vt:

Imbrex.	Impurus.
Imbellis.	Impossibilis.

VI. Literæ dictionum sub sexta classe contentarum sunt Græcæ vel Palatinæ. Vt:

ᶁ Diabolus, diabol.	Ordo, ordin.
• Euangelium, euangel.	Satis
Δ Dominus, domin.	Scriptura, scriptur.
ɣ Generatio. generatiō.	Species, speci.
χ Christus. Christ.	
φ Philosophia, philosoph.	

Exempla vocum quarum pars prima est huius ordinis.

Diabolum.	Ordinis.
Euangelio.	Ordinationis.
Dominationes.	Scripturarum.
Generationem.	Specifico.
Christo.	Satisfacio.
Philosophia.	Satisfactio.

Hucusque de defectiuis litera primaria expressis: Veniamus ad defectiua, quæ plures literarum suarum habent. Horum duo sunt genera.

I. Primum talium existit, quæ per duas plures sue primas literas, stenographicè vel alio quouis modo contractas, exprimi solent. Et ista sunt.

Præ.
Spiritus, ſpirit.
Perſequutio, perſequ.
Proſequutio, proſequ.

Con: Vetuſta eſt abbreuiatura ſyllabæ Con, (quæ item litera alphabeti olim fuit, dicta Con per ſe,) hinc characteres quatuor ſequentes rationem ſcripturæ ſuæ petunt.

Conditio, condiſi.
Conſideratio, conſideraſ,
Contineo, contin.
Contra.

Exempla dictionum, in quibus hæ ſunt earundem portiones.

Præmitto.
Spiritu.

Characteres ſtenographici huius generis cum voces ſibi appropriatas ſignificant, punctum immediatè ſibi relatum non admittunt.

Perſequutione. Conſideratione.
Proſequutio. Continet.
Conſumo. Continuationibus.
Conditionis. Contradictio.

Huc pertinent vocabula, quæ in vulgari ſcripturâ ſine caſtrantur, periodo ſibi adiuncta, Cuiuſmodi ſunt nomina

na mensium, librorum, & similia. Vt:

Genesis.	Responsio.
Deuteronomium.	Capite.
Ieremiah.	Ianuarius.
Epistola.	October.
Obiectio.	Nouember.

Huius generis sunt etiam dictiones frequenter concurrentes, quæ primis suis literis coniunctis significantur. Vt:

&c.	Et cætera,
S s	Spiritus sanctus,
C d	Cœna dominica.

Horum obliqui casus terminationibus additis distinguuntur. Vt:

Spiritus sancti,
Spiritum sanctum,
Cœnam dominicam.

Hoc modo legis tituli à iurisconsultis contrahi possunt. Vt:

np Nisi prius,	ccc Corpus cum causa.
ff Fieri facias,	dp Dedimus potestatẽ.
hc Habeas corpus.	qi Quare impedit.

Sic nomina confectionum medicarum coarctantur. Vt:

psq Pillulæ sine quibus esse nolo.
ssl Syrupus è succo limonum.
oad Oleum amygdalarũ dulciũ.

II. Secundum

II. Secundum genus defectiuorum plures suarum literarum habentium est, quo character literæ vltimæ characteri primi in sexto loco affigitur. Et sunt huiusmodi.

Baptism,	Respect,
Catechism:	Sentens,
Magister, magistr.	Similitud:
Liberal.	Substans,
Memorandum,	Temptatiō.
Reconcil.	

Exempla coniugatorum huius generis.

Baptismus,	Respectu,
Catechismum,	Sententia,
Liberalitas,	Similitudo.
Reconciliationē,	Substantiam.
Magistratus.	Tēptationes.

Atque hæc de defectiuis.

Vocabula Symbolica, quæ nonam speciem particularium constituunt, sunt ista, 1, 2, 3, 4, 5, 6, & omnes numeri.

Saturnus, saturn.
Iupiter. &c.
Aries, ariet.
Taurus, taur.
Gemini, gemin &c.

Stella,

Stella, ſtell.
Conſcientia, conſciens.
Idolatr.
Mundus, mund.
Circum.
Contrarius, contrari.
Serpens, ſerpent.
Satan.
Extraordinarius, extraordinari.
Antichriſtus, antichriſt.
Affectio, affection.
Matrimonium, matrimoni.
Structio.
Quaſi.
Quaſi diceret.
Id eſt.

Exempla dictionum, quarum pars prima eſt ſymbolica.

Quinta.
Septimus.
Ariete.
Conſcientiæ.
Idololatria.
Mundanum.
Circumferentia.
Contrarium.
Serpentem.
Satanas.
Extraordinaria.
Antichriſtianum.
Affectionis.
Matrimonij.
Iuſtructio.
Obſtructio.
Superſtructionibus.

His

His adde sententiarum symbola, si-qua apta occurrant. Cuiusmodi sunt hæc.

Anno Domini secundum Anglicanam computationem.

Anno regni Domini nostri Iacobi, dei gratia, Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ regis, fidei defensoris, &c.

Et ista de peculiarium vocabulorum speciebus dixisse satis est.

Denique, distinctionis notæ, cùm illarum vsus est necessarius, in propria sede collocandæ sunt: nisi quò in vice periodi huiusmodi virgula obliqua ( ) adhibenda sit, vt principium cuiusque sententiæ citiùs hoc modo percipiatur. Vt:

Trin-vni Deo gloria.

FINIS.